

Resp. Est Fallacia Compositionis & Divisionis. In minore componitur, *sine operibus*, cum subiecto, quod in maiore pertinet ad Prædicatum, pag. 58.

2. *Hujus hominis manus est dextera:*

*Hujus hominis manus est sinistra:*

E. Q. *sinistrum est dextrum.*

Resp. Ex præmissis particularibus non bene infertur conclusio.

### Circa modum FELAPTON.

1. *Nullus homo est genus:*

O. *homo est animal:*

E. Q. *animal non est genus.*

Resp. Sunt quatuor termini, Vox enim *homo* in maiore sumitur *personaliter*, in minore *simpliciter*. vide pag. 93.

### Ad modum FERISON.

1. *Nulla magia est pars Physicæ:*

Q. *Magia est pars Physicæ:*

E. Q. *pars Physicæ non est pars Physicæ.*

Resp. Vox *magiæ* vel sumitur cum æquivocatione, in maiore pro *magiâ illicitâ*, in minore pro *licita*, & ita quatuor oriuntur termini. Vel sumitur sine æquivocatione, & una præmissa alteri contradicit.

Gene.